



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Ipsorum gentilium philosophorum uerba contra eos qui fatum esse
opinantur. Cap. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

128 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

effecit certamina; aut quādo uita hominum ante Saluatoris nostri doctrinam tales luctationes proposuit? Vbi autē doctrina huiusmodi unq̄ fuit, q̄ prauam superstitionem deiſceret, & cognitionem ueri dei omnibus immitteret? Quis autē sapiens unquā potuit doctrinā suam ad uniuersum orbem dispergere, & deus uel ab oīnibus uela pluribus credi? Quod si hæc nunq̄ fuerunt, non est certe causarum series, & fatalis necessitas omnium horum causa. Nam si effet profecto alius quoq; eandem aut similem Stellarę necessitatē nascens habuisset. Quibus porro fatiſ, Saluator noster deus uerus per uniuersum orbem p̄dicatur, & qui apud Gr̄ecos, uel apud Barbaros dīj putabantur, non alia re q̄ prædicatione nostri Saluatoris deiſciuntur. Quod yō fatum uniuersi creatorē ipsum esse confirmauit, qui nullam esse fatorum uim docuit, atq; docet, quomodo igit̄ ipsum fatū non esse se ipsum prædicat. Qui autē prædicationis euangelicæ gratia uel certarunt iam multis annis, uel etiam nunc certāt, quomodo ad unam uoluntatē & fidē, & ad eandem uirtutem animi uiuendiq; rationem diuersis temporib; & tam multi nostra memoria compulsi sunt. Quis mentis compos credere unq̄ poterit iuuenes simul ac senes, uiros & fœminas, seruos & liberos, doctos atq; indoctos, nō in uno climate orbis, neq; in eadē hora natos, sed ubiq; terrarę & diuersis temporib; factis coactos, unam & eandē nouā atq; inauditā doctrinam, & qdem cū periculo mortis patrīs ritibus anteposuisse, & ueræ philosophiæ dogmata duriciemq; uiuendi, q̄ delicias maiuisse. Cæcus profecto de his, ut trito prouerbio dicitur, recte iudicaret, nō necessitate, sed libero hæc fieri arbitrio.

Ipsorum gentilium philosophorę uerba contra eos, qui fatum esse opinantur. CAPVT. VI.

Lura dicere possem, sed quoniā suis testibus gentes non argumentis nostris cōfundere instituimus. Oenomaum rurus audiamus, qui magno animo in libro de maleficiis artificibus his aduersus Apollinē uerbis utitur. Sed eas igit̄ in Delphīstū, neq; possit tacere cum uelis, sic Iouis filius Apollo uult modo, nō quia uult, sed quia necessitas uelle ipsum compellit. Videtur autem mihi quoniā in hunc sermonē deductus sum de potestate nostra, quām fundamentū humanæ uitæ multi appellant, diligētius q̄rere, hanc



hanc potestatē nos libertatē nuncupamus. Democritus autē, si be/ ne memini, atq; Chrysippus, alter seruam, alter semiseruā pulcherri/ mam omnium humanorū rem conat ostendere, de quibus tamē non
 multū curandum est. Quod si deus etiam aduersus nos est, quid fa/ ciemus? Sed nō est æquum uel Apolline repugnante, ueritatē pro/ dere Christo enim Chironis sic respondit. Patria relicta, Euboeam
 pete, ubi fatatum tibi est urbem ædificare. Quid aī o Apollo? An
 nō est potestatis meæ patriam relinquere? quod si mihi fatatum est
 ibi urbem ædificare, siue tu consulas siue non, & siue ipse uelim siue
 nolim, omnino faciā, eritq; mihi necesse etiam si nolim. Sed forte me/ lius est tibi q; rationibus credere. Aliud igit afferas, nuncia Parijs o
 Thesides in Aeria urbem sibi condendam fore. Nunciarem inquā
 etiam si tu nō præiperes, quoniam fatatum est. Aeriam autem Tha/ sum insulam Archilochus Thelesidis filius prius appellatam fuisse
 docuit, & Parijs coloniam illo mittere persuasit, qui uidelicet nunq
 id fecisset, nisi tu iussisses. Cur igit fatatum erat? Sed quoniam ocio/ si sumus, age nunc mihi responde. Sumus ne ego ac tu aliquid? Su/ mus certe respondebis. Qua ratione id ita iudicabis? Non aliunde
 uidelicet q; sensu, perceptione q; quadam nostra. Quod porro quo/ modo cognouimus animalia nos & ex animalibus esse? Vt ego qui/ dem dico, homines ex hominibus, alter maleficus, alter malefici re/ dargutor. Vt uero tu dices, alter homo, alter deus, & alter diuina/ tor, alter sycophanta. Quod tibi facile cōcedam, si rationibus ita mi/ hi esse offendes. Quid aī? An nō recte iudicauimus sensu ac percæ/ ptione nostra illud intellexisse? Nam si non ita se habeat, quomodo
 alijs ad Delphicū oraculū ueniat, nisi sentiat intelligatq; alicuius se
 rei indigere? Quomodo aut̄ Chrysippus, q; se in seruitutē induxit,
 id quod dicebat intelligebat; aut quomodo uel cum p̄sente Arcesil/ lao disputat, uel absenti Epicuro responder, si nec qd sit Arcesilaus,
 nec quid sit Epicurus omnino p̄c̄pit, nec percipere potest, imo ue/ ro nec qd ipse sit. Si hęc aduersus uos quispiam diceret, nullo modo
 ferre possetis. Quare o Democrite, & o Chrysippe, & tuo cœlestis
 diuinator, si molestum uobis uideā, cum quis intelligentiā atq; sen/ sum eripere a uobis conat, nōne nos quoq; molestie terre debemus,
 si magni sensum & mentem uestram putatis, nobis autē sati necessi/

n tatem

130 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA.

tatem, nescio quam incutiatis, quā alius uestrum a deo esse asserit, alius ab atomis deorsum latis, ac inde sursum repercuttis, quę modo coniungunt, modo resoluunt fieri contendit: cum aperte eo sensu ac mente, quo nos aliqd percipimus, nec fugit nos quātum interest inter ambulare ac ferri, aut inter uelle atq; cogi. Quorū hęc: quia hęc nescire uidearis o Apollo, quænā sint ea, quorū domini sumus, quæ a nostra uoluntate dependent. Hęc certe uoluntas nostra non paucarū rerum principium est. Tu autē cum omnia scias, hoc principium ita te latet, ut quæ hinc sequuntur, nullo modo scire iudicaris. Nonne igit̄ imprudens es, qui Laiο respondisti, quia interim eum a filio satatum esset: Ignorasti quippe, quia uoluntatis suę dominus nasciturus filius foret. Illud porro ridiculum est, cōiunctionem nescio quā esse causarum & seriem. Ut tunc autem sapientiores ratione quadā Euripidis. Laium em̄ aiunt dominum sui fuisse, siue uel let filium procreare, siue nollet, filio yōo nato necesse fuisse ab eo interfici, quare potuisse id recte Apollinis prouidētia percipi, uerum filius quoq; sicuti & pater suę uoluntatis erat. Et quemadmodum ille dare operam liberis, & nō dare, sic iste interficere & nō interficere poterat. Huiusmodi sunt omnia responsa Apollinis, qui etiā apud Euripidem ad Laium dicit. Vniversa tua sanguine corruet domus. Series igitur causarum quænam fuit: Cædes patris antecessit, & enigmatis solutione matris nuptias consecutus est filius. Ad hęc alter nepotum regnum rapuit, alter profugus Adraſti filiam in uxorem duxit. Vnde septem duces ridicule mouentur, que series ista conglutinavit: Nam si Oedipus regnare uoluisseſet, aut locastes nuptias reppulisseſet, quomodo maledictionem illam Euripideam in filios edixiſſet: Præterea si Oedipodis filij conueriſſent simul, uel uiſiſſim regnare, uel si qui profugit, nō ad Argos, sed in extremas terrarum horas abiijſſet, uel si cum in Argos uenisseſet, Adraſtus ei filiā non dediſſet, uel si uxore ducta in patriam reduci non curaſſet, aut si euperet quidem ipſe, Adraſtus uero & cæteri duces contemptiſſent, aut si cum parati ad pugnam Thebas petiſſent, timore percussus frater cum fratre conueniſſet, quomodo uniuersa domus corruiſſet: Sed facta omnia sunt ista dices fateor. Non enim rem, sed serię istam rerum necessariam pernigo, quamcunq; enim rem mihi obtuleris.



tuleris, simili quodam pacto eam incidere potero, ac ita ostendam nullam esse in rebus necessariam seriem. Quippe cum singula principia & causas rerū agitabilium liberē homines mutare possint, an non intelligis, quia & asinus & canis & pulex proprio appetitu mouentur? Quae omnia tu nullo modo sentire uideris Apollo. Tibi Iuppiter dedit Locro respondisti, dabitq; mala. Non recte o Appollo, non iniuriantem hominem tam male dij tractant. Cur enim Iuppi ter huius necessitatis auctor nos ac se ipsum non punit. Ipse quippe necessitatem agendi nobis imposuit. Cur ergo nos plectimur, qui huic seriei resistere nullo modo possumus? Tu quoque ipse uaticiū nandi inanem artem depone. Erit enim quod fatatum est, etiā si nō prædixeris. Lycurgum autem illum, qua ratione laudasti o Appollo: Nam si bonus erat, non illi hoc, sed fati tribuendum. Si enim omnia necessitate agimus, ut tu prædicas, non sponte, sed ui bonus erat. Quasi quispiam mēte captus formosos laudet, & deformes uituperet, iure namq; neque homines dicere possunt. Noluisti nos o Jupiter bonos esse, imo uero etiam coegisti prauitatem amplecti. Tibi autem o Chrysippe atq; Cleanthes nulla laus attribuenda est, si boni furiſtis, ita uirtutem quidem laudabo, uos autem minime. Quare Epicurum quoq; non dignum fuisse affero, quem obprobrijs peteres. Mollem atq; iniustū appellas eum o Chrysippe, q; iuris sui nō fuit. Hæc quomodo dicebas, si sponte ipsum peccare non credebas. Hæc Oenomaus, qui tibi si non satisscit, reliquos philosophos per legere non graueris. Multi enim atq; insignes aduersus huiuscemodi dogma scripserunt. Inde igitur aliqua, quoniam multi tam docti q; indocti falsa opinione tenent, sumere statui.

Itidem ipsorum gentilium philosophorum uerba cōtra eos
qui fatum esse opinantur.

CAPVT VII.

PRimum igitur Diogenianum aduersus Chrysippum audiās. Chrysippus enim & nos causam esse agibilium, & omnīa fieri fato contendens, Homerī testimonio utebatur, quod parum fuisse ab eo intellectum Diogenianus ostendit. Sed Chrysippi quædam prius ponemus, qui in primo de fatis libro necessitate omnia fieri authoritate multorum arguit, & demū Homerūm inducit dicentem.

n ij Qua

